Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



alius uō ad negociacōnem suam
Reliqui uero tenuerunt seruos
eius & contumelijs affectos oci
derunt. Rex autē cum audisset
iratus est & missis exercitibus s
suis pdidit homicidas illos & cau
tes eorum incendit. Tunc ait
seruis suis. Nuptiae quidem pate
sunt. sed qui inuitati erant non
fuerunt dignj. Ite ergo ad exitus
viarum et quotquot inueritis
uocate ad nuptias. Et egressi ser
ui eius in uias congregauerunt om
nes quos inuenerunt bonos et
malos & impletae sunt nuptiae dis
cumbentium. Intrauit autē rex
ut uideret discumbentes & uidit
ibi hominem nō uestitum veste
nuptiali & ait illi. Amice quomō
huc intrasti nō habens uestem
nuptialem. At ille obmutuit.
Tunc dixit rex ministris. Li ga
tis pedibus et manibus mittite
eum in tenebras exteriores. Ibi erit
fletus et stridor dentium. Multi u
sunt uocati paucj uero electi.
Tunc abeuntes pharisei consi
lium inierunt ut capiant eum
in sermone. Et mittunt ei disci
pulos suos cum herodianis dī
centes. Magister scimus q̄ uerax
es & uiam dei in ueritate doces
et nō est tibi cura de aliquo. Non
enim respicis personam hominum
Dic ergo nobis. Quid tibi uide
tur. Licet censum dare Cesari
an non. Cognita autē ihesus
nequitia eorum dixit. Quid me
tentatis ypocrite. Ostendite mi
nūmisma census. At illi obtulerūt
ei denarium. Et ait illis iheSus.
Cuius est ymago hec & suprscrip
tio. Dicunt ei. Cesaris. Tunc
ait illis. Reddite ergo que sunt
Cesaris cesari & que sunt dei deo.
Et audientes mirati sunt & relic
to eo abierunt. In illa die acces
serunt ad eum saducei qui dicūt
non esse resurrectionem & interro
gauerunt eum dicentes. Magister
Moyses dixit. Si quis mortuus
fuerit nō habens filium ut ducat fra
tris uxorem illius & suscitet sem
ini fratri suo. Erant autē apud nos
septem fratres & primus uxore
ducta defunctus est & nō habens
semen reliquit uxorem fratri suo
similiter secundus & tertius usq̄
ad septimum. Nouissime autē om
nium & mulier defuncta est. In
resurrectione autē cuius erit de
septem uxor. Omnes enim habue
runt eam. Respondit autē ihes
ait illis. Errastis nescientes scri
pturas neq̄ uirtutem dei. In re
surrectione enim neq̄ nubent ne
q̄ nubentur. sed sunt sicut angeli
in celo dei. De resurrectione autē
mortuorum nō legistis q̄ dictum
est a deo dicente uobis. Ego sum
abraham & deus ysaac & deus iacob.
Non est deus mortuorum sed vi
uentium. Et audientes turbe
mirabantur in doctrina eius. Pha
risei autē audientes quod silentio
imposuisset iheSus saduceis